Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31662
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

ut subintelligamus ad nequicie vel
malicie opus. quia videlicet regnum illud
contra verbum promissionis minus egit quam reg-
num babylonis. Quod et si tanto precellit
regnum illud super regnum persarum et me-
dorum. quanto aurum super argentum. num-
quid idem ipsum regnum persarum et medorum
tanto copiosius fuit regno grecorum
et regno romanorum quanto ere et fer-
ro preciosius est argentum. Itaque propter quam
causam nabuchodonosor sive regnum
eius per aurum. propter eandem regnum medorum
et persarum recte intelligitur per argen-
tum. quia videlicet hic auro illic argen-
to armatus nitebatur diabolus promissionem prepedire.
ne adimpleretur promissionis verbum.

Tandem ob causam per eris
metallum in eadem statua recte ac-
cipimus significatum esse regnum
grecorum. Quod enim regnum illud egit. quod
fecit illic draco diabolus. et diaboli satel-
les antiochus. Sartaginibus suis et
ollis eneis crudeliter usus est. Septem
namque fratribus cum matre apprehensis iussit
sartagines et ollas eneas succendi. et
singulorum eorum cute capitis cum capillis
abstracta. manuum ac pedum summita-
ti precisis. adhuc spirantes in sartagi-
ne torreri. Taliter ille impius ere suo contra
deum usus est. agente per eum diabolo ut ver-
bum promissionis et testamentum dei de cor-
dibus eorum aboleret. quibus data vel ad
quorum patres promissio facta est. Scrip-
serat enim antiochus omni regno suo a-
gitante diabolo ut esset omnis populus unus.
Erant autem iudei immo et omnis syria
sub regno eius. Quid ergo per hoc spiritus diabo-
li intendebat. nisi ut transeuntibus iu-
deis in idem cum ceteris qui sub regno eius
erant populis periret promissio. cum promissio-

nis iam nusquam esset expectatio. Quod
quia facere noluerunt quidam preter paucos. in-
ter cetera mala que illis intulit. hoc summum
fuit quod vii. fratribus iam dictis. et matri illorum
sartagines et ollas eneas succensas cru-
deliter admovit. Non parva causa hec est
ut regnum illud per ventrem eneum. et
enea statue femora intelligi debeat.
Preterea in femoribus eneis cum credelitate
intellige turpitudinem. quia videlicet dum
illa agerentur. templum quoque luxuria et co-
messationibus erat plenum. et scortantium
cum meretricibus. saciatisque edibus mulieres
se ultro ingerebant. introferentes ea
que non licebant. De regno
romanorum cuius per tybias ferreas et
pedes partim ferreos. partim fictiles
significatum fuit. causa manifesta red-
ditur dicendo. Quoniam ferrum comminuit et
edomat omnia. sic regnum quartum comminu-
et et conteret omnia. Veruntamen quod pedum
quedam pars ferrea. quedam fictilis visa est.
questione adhuc indiget ut planius fiat.
quamvis interpres idem fere exponat
dicendo sic. Porro quia vidisti pedum
et digitorum partem testeam. et partem ferream.
regnum divisum erit quod ex plantario
ferri orietur. Secundum quod vidisti ferrum mix-
tum teste et luto. et digitos pedum ex
parte ferreos et ex parte fictiles. ex parte reg-
num erit solidum. et ex parte contritum.
Quia autem vidisti ferrum mixtum teste
et luto. commiscebuntur quidem humano semi-
ne. sed non adherebunt sibi. quia sicut
ferrum non potest misceri teste. Certum
tempus quo hec evenisse cognoscantur. nul-
lomodo aliter melius invenire possumus.
quam sequendo litteram propheticam. quia con-
tinuo subiungitur. In diebus autem regno-
rum illorum suscitabit deus celi regnum quod in-